

Q. SEPTIMII FLOREN^z

T I S T E R T V L L I A N I , L I B E R
P R I M V S A D V X O R E M .



ILECTISSIMA in domino conserua quid tibi sectandum sit post discessum de seculo meum, si prior te fvero uocatus, iam hinc prouidere ut p/ *For. prouide.* uisum obserues mandare fidei tuæ. Nam secularibus satis agentes sumus, & utriq; nostrum consultum uolumus, talibus ordinamus. Cur non magis de diuinis æque cœlestibus posteritati nostræ *For. atq; cœlesti.* prospicere debeamus, sed legatum quodammodo *For. & legatu* do prælegare admonitionem & demonstrationem eorū quæ ex bonis imortalibus, & de hæreditate cœlorum deputātur? Tu modo ut solidum capere possis hoc meæ admonitiōis fidei cōmissum, deus faciat: cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas, nunc & in secula seculorum, Amen. Præcipio igitur tibi quanta continentia potes, post excessum nostrum renuncias nuptijs: nihil mihi isto nomine collatura, nisi quod tibi proderis. cæterū Christianis seculo digressis nulla restitutio nuptiarum in diem resurrectiois repromittitur, translati scili cet in angelicam qualitatem & sanctitatem: proinde sollicitudo nulla, quæ de carnis: zelo uel in sententiâ illam quam septem fratribus per successionem nuptijs euoluere: neminē tot maritorū *For. nupturis* surrectionis die offendet, nec quisquam illam cōfusurus expectat. quæstio euoluerunt. Sadducæorum cessit sententiæ domini. Ne me putas propter carnis tuæ integratatem mihi reseruandam de contumeliæ dolore suspectum insinuare iam hinc tibi consilium uiduitatis: nihil tunc inter nos dedecoris uoluptuosum resumetur. Nec enim tam friuola, tam spurca deus suis pollicetur. Sed an tibi uel cuiq; alij foeminæ ad deum pertinentis proficiat quod suademus, licet retractare. Non quidem abnuimus cōiunctionem uiri ac foeminæ benedictâ à domino, ut sciremus generi humano & replendo orbi & instruendo seculo excogitatam, atq; exinde permissam, unam tamen. Nā & Adam *Montanizat de unis* unus Euæ maritus, & Eua una uxor illi⁹, una mulier, una costa. Sanè apud *nuptijs.* ueteres nostros ipsoq; Patriarchas non modo nubere, etiam plurifariam matrimonij uti fas fuit, erant & concubinæ: sed licet figuratum in synagogam & ecclesiam cesserit, ut tamen simpliciter interpretemur, necessariū fuit instituere, quæ postea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat, oportebat legis adimplendæ causas præcucurrisse. Idem mox legi succurrere habebat, dei sermo circūcisionem inducens spiritualē. Igitur per licentiam tunc passiuam materiæ subsequentiū emendationū præministrabant, quas dominus Euangelio suo, dehinc Apostolus in extremi tatiib; seculi aut excidit redundantes, aut composuit inconditas. Sed non

R 3 ideo